Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35073
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Quartum vero est aqua·
que potest evaporare sublimando
in qua sublimatione seu ascen-
sione efficitur ipsa terra aerea cum
primum esset inspissata cum terra
et coagulata et sic habebis aquam
terream et aeream Et hoc est quod
dicit philetes philosophus in libro suo
de ipsius dealbatione Sicco igne
comburite quousque ex eo exeat spiritus
qui in eo invenietur qui dicitur avis her-
metis Et etiam cinerem et re-
manet calcinata in fundo vasis
que est natura ignee Et sic ha-
bemus impeditis separationibus
quatuor elementa Hec igitur
terra calcinata est pulvis de quo
dicitur in turba cinerem ne vi-
lependas in inferiori loco teste
existente in eo enim est diade-
ma cordis tui quia permanentium
cinis est Postmodum cum pre-
dicta terra fermentum ponatur quia
fermentum philosophi animam dicunt
Et hoc ideo sicut corpus huma-
num sine anima nihil valet
ymo est sicut fex Sic nec cor-
pus mundum absque suo ferme-
to seu eius anima nihil valet
Nam fermentum est corpus prepa-
ratum ut dictum est et ad naturam
suam alia convertit Et scias quod
non est aliud fermentum nisi
sol et luna hoc est et luna ipsis
planetis appropriata sic ipsa cor-
pora alios ducunt et ipsa ad

suam naturam convertunt Et ideo a
philosophis fermentum dicitur

Capitulum quod fermentum
est anima etc.

Oportet igitur fermentum in
corpore introduci quod e-
st eius anima Et hoc est
quod dicit morienus nisi corpus
immundum mundaveris Et cum
dealbatum reddideris et in eum animam
miseris nihil huic magisterio
deduxisti Ergo fit coniunctio fer-
menti cum corpore mundato et tunc
spiritus cum eis congaudet et gaudebit
cum eis quia mundata sunt anima
sua grossa et subtilia facta sunt
Et hoc est quod dicit arcitanus
in libro turbe spiritus non coniungentur
cum corporibus donec a suis immun-
diciis perfecte fuerint mundata et
corpora denudata Et in hora
coniunctionis maxima mirabilia ap-
parebunt Nam omnes colores
de mundo apparebunt in operando
quotquot possunt excogitari et
corpus imperfectum coloratur colora-
tione firma mediante fermento
quod fermentum est anima et spiritus
mediante anima cum corpore coniungitur
et ligantur et cum eo simul in colore
fermenti convertitur Et fit
unum cum eis etc.

Capitulum quo intelligitur
dicta philosophorum etc.